Ex Prayo.

NB

Anno 889. Ungari à Patzinacitis ex Transylvania ejiciuntur Pag. 324. rectius Ungari, qui in Transylvaniam Anno 887 ingressi, annis gratuor cum Siculis suis fratribus quievêre, et ad occupandam Pañoniam se preparavêre, hoc Anno 889 (non à Patzinacitis ejecti, de quibus Anonymus nihil) sed sponte sua, adjunctis sibi Siculis, ut dicitur Capite L, è Transylvania egressi ad partes Ungarias, et Muncaes occupandas — - - - -

No 43.

Ibidem: sexto abhinc anno hoc est: 892. ut ex Annalibus Fuldensibus ostenditur, Ungari Arnulpho suppetias adversus Suentibaldum Moravanum Principem tulerunt, et Byzantini Scriptores ad hunc aũum (Brietius ad sequentem nempe 893) Ungaros Istrum seu Danubium jam accolentes contra Bulgaros in auxilium accitos (a Leone) perhibeant. (videtur errare) | 892

NB.

Nam Prayus pag. 325. Subrea cum sedes suas Ungari ad Tibiscum et Istrum constabiliunt, Leo cognomento sapiens orientis Imperator, dum à Simeone Bulgarorum Rege gravi bello premeretur, Ungaros in auxilium accersivit, ut Analista Melensis illo mũere videtur cum ad Annum 889 Ungaros in Bulgarorum fines irrupisse scribit, et passim ad sextum Leonis annum, qui cum chronotaxi Analista Meltensis congruit affirmant Græci Scriptores etc: (NB. hæc cum Brietio non congruunt). Brietius hoc factum refert ad Annũ 893. | NB

Notat tamen Prayus; sed quoniam bellum illud ad presente Anno (889) coeptum, quarto autem abhinc profligatum, resque interea gestæ uno tractu à Scriptoribus narrantur, singula ad chronotaxim revocanda erunt, Pute Prayus: Si igitur quarto anno coepti belli ponemus Ungaros contra Bulgaros movisse, prodit aũus 893, consentiens Brietio.

NB: mirolur legi, quæ Prayus pag. 326. de Chazaris (Ungaris) novibus prælusis narrat, quam historiam falsa refere videtur Thurotzius. Parte II. Cap. IX. caeterum mihi non videtur probabile, hos Chazaros, fuisse ex Ungaris noviter advenis —

Ibidem pag: 326. narrat Prayus de Legatione Leonis ad Ungaros missa qua contra Bulgaros incitabatur. fuerit is annus 891 vel 892.

Pag. 327. quæ ad aũu 890 et 891 narrantur, cum prioribus vix conciliari possunt, nisi hæc acta ponantur ante bellum Leonis cum Bulgaris — aut ad Salanum ducem referantur, quocum Ungari bellum gessere

---

Pag. 328. ad Annũ 892 Ungari ab Arnulpho contra Suentobaldum evocati; ut hist. Fuldensis narrat —

Pragus ex Porphyrogeneta

Pag: 329. narrat, Ungaros cladem à Bulgaris accepisse, refertq ad annum 896.† occasio dicitur quod Ungari contra Sventobaldum egressi sedes suas à militibus quasi vacuas reliquerint: de hoc nihil Anonymus, nec cum Anno congruit, fieri enim debuisset vel Anno 893. vel 894. —

Pag: 330, mirabilem Cabarorum (ut vocat Ungaros contribulium) adventum ex oriente narrat, ex Porphyrogeneta Cap. 39. cujus narrationem Pragus illustrare velle videtur; utrum recte?, quis annus? utrum alius quispiam Author Synchronus, vel qui non ex Porphyrogeneta exscripsisset, meminit?

Pag. 331 cabarorum adventum putat eundem quem Anonymus de Ungaris dicit; id quidem recte, sed non diverso tempore —

Pag. 334: qua ad annum 896. jam antea facta videtur Anno 893.

Pag: 336. ad Annum 899 narrat Ungaros in Carentaniam procursionem — vide Cap. 44 — Anonymi. —

Pag. 337. Anno 900. Lombardiam ingressi Ungari, duas hoc anno fuisse expeditiones unam in Italiam, alteram in Bojariam legenda à Pag. 337 ad 340.

Pag. 340 Anno 901 bellum iterum in Carentanos movent, ibiq victos. Analista Saxo, et chronicon S. Pantaleonis ad Annum 902 referunt —

Pag. 342. Anno: 902 Bojaris Ungaros praelio vincunt., et hoc anno putat Pragus P. 343 Arpadum esse mortuum, contra relationem Anonymi, quam veram demonstravi superius. nempe 907.

Pag. 344. defuncto Arpado Monarchicum Regimen Ungaros, videtur ad tempus interruptum: consentit cum Anonymo. et Porphyrogeneta Cap. 40. sed errat Porphyrogeneta dum dicit ab Arpado ad Toxum Ungaros non habuisse ducem; contrarium habetur in Anonymo cum Arpado successit filius Zoltan Annos 13.

Pag. 344. † Anno 901. Ungari Italiam invadunt. († P. 345) alij Anno 902. (confer cum pag. 340)

Pag. 345. Ab Aô 902. ad annum 906 Ungari quievere, Aô: 906 in Saxoniam irrumpunt

ibidem 345: Aô 907. Ludovicum in Germania triduano praelio fractum vincunt.

Pag. 346. eadem anno 907, pars altera Ungaros in Bulgaros pari fortuna pugnavit —

Pag. 347 et 348. Aô 908. secundo in Bojoriam excurrunt Ungari.

Ex Porphyrogeneta

(NB. nescio quid de Patzinacitis cogitare debeam videtur mihi Nomen hoc Patzinacita à Porphyrogeneta inductum, et in historia multas tenebras causare, cum historicus Domesticus ~~nullam~~ unam solum de his mentionem faciat, † cap. XXV. nec scio an ante Porphyrogenetam quisquam hac voce pro Ungarica natione indicanda usus sit.)

D.

Sub Imperatore Arnulpho

Arnulphus, qui Aº 890 Swentopaldo Regi Slavor. Bohemiam cessit, cum eodem Swentobaldo bellum gerere coactus Aº: 893, quem etiam ope Ungaror. qui paulo ante ex partibus Borysthenis (Dnieper) in ~~Pann~~ eas partes terrae, quae hodiedum nomen eorum tenent (id est in Pannoniam) venêre. Sed hac occasione huic populo viam aperuit in Germaniam, quam deinde saepius inviserunt. ita: Dudo lib: IV. Guil. Gemet. Lib: III. Annales metens. Regino, et Sigebertus ad An. 891.

Brietius narrat ad An. Chr. 889. Germaniae misere devastata est per Hunnos, ab Arnulpho immissos.

(+) ~~Arnulphus nondum Imperator erat, sed prius~~

Item Brietius: Anno Chr: 893 Simon Bulgaror. Rex, et Leo Imperator inter se bello commissi sunt, quando Leo in illum Hunnos, et Turcas concitavit.

Briet: Aº Chr: 896. Arnulphus fit Imperator: hoc tempore tres Augustos habuit occidens: Guidonem, et Lambertum, Arnulphum intrusum, quamquam volente Pontifice.

Arnulphus moritur Aº 899.

Aº: 902. Hunni Italiam ingressi Regionem circum padanam vastavêre omnia miscentes flammis, quibus occurrens cum immensis Copijs Berengarius profligatus est; victoria tam inexspectata, ut eam victores ipsi mirarentur.

Aº 903. Hunni desolata Italia spolijs dives ad foederis conditiones accedere, acceptaque ingenti pecuniae Summa, spolijs insuper divites, Pannoniam suam repetiêre, ut partis per otium et sine periculo tranquille fruerentur.

NB: Aº: 911. mortuo Leoni successit Alexander ejus frater, cum eo tamen admissus Constantinus Porphyrogenetus Leonis filius, sed adhuc puer.
Aº 912 moritur Alexander, et Imperavit solus Constantinus Porphyrogenetus Leonis Sapientis filius, inter cujus tutores adlectus est Nicolaus Patriarcha.
Eodem Anno 912 Conradus Rex Germaniae creatur

Aº 916: devastavêre hoc anno Saxonum Ecclesias Hunni et maxime Bremensem, quod se Deus Vindicem exhibuit etc: — cap. LIV.

Aº 917: Hunni, seu Hungari (hic loco primo occurrit vox Hungari) hoc quoque anno non solum Saxoniam, sed et Lotharingiam, et Franciam devastarunt spolijs earum Provinciarum onusti;

Aº: 924. Berengarius Imperator hoc anno sui Principatus decimo caesus est à suis ac meritas dependit poenas, quod bis Ungaros populatores in Italiam induxisset; hi enim hoc potissimum Anno, ibidem saevitiae suae defixere monumenta etc: etc: mirifice legi totus articulus.

NB. referuntur Cap. LV.

A) et A et B sequitur. Exercitum Ungaror. in duas partes divisum egisse, unum contra Swentobaldum in Pannonia, alterum contra Simonem ad Bulgariam — et Porphyrogeniti narratio Cap. XL conciliari poterit, quod dicendo, eodem adhuc anno pace facta cum Leone Patzinacitas noviter advenientes concitasse contra Turcos seu Ungaros, eosque et primis in Moldavia ~~Walachia~~ sedibus expulisse; (alias enim chronologia, de 55 annis, conciliari non posset.

B) conferri debet cum cap. XL Porphyr. ubi dicitur pace cum Leone facta, instigante Simeone (causa ulterioris de Turcis) Patzinacitas, absentibus Turcis in expeditione bellica, terram Turcarum ad Etel-cusu occupasse, quam redeuntes Turcae devastatam reperientes, sedes in Pannonia figere coeperunt.

J.

Aº. 933. Henricus Germaniæ Rex ditionem suam depopulantes Ungaros internecione delevit triginta millibus cæsis, cæteris flumine absorptis aut captis.

~~Aº 936~~

Aº 937. Hunni iter Italiam pene totam vasta=runt, sed tandem à Marsis, Pelignisq; circum=venti omnes periêre: felicior eorum in Gallia grassatio fuit, ex qua non tantum incolumes, sed et cum ingenti præda sacra, profanaq; divites recesserunt.

Aº: 949. Sed aliunde in Italia luctus: Beren=garius enim, ut Hungaros populatores emitteret, decem modios aureorum eis largitus est, non ex pecunia sua, sed ex pauperum, et Ecclesiis fundis sti= Cap. LVI

Aº: 951. Otho venit in Italiam, ubi fugatis Beren=garis (fortassis cum Ungaris), qui se Regem Italiæ dixit et filio ejus Adalberto, Adelaidam duxit uxorem et:

Aº 953. narratur bellu civile contra Othonem –

Aº: 955. Ungaros depopulantes Germaniam atq; Augustam Vindelicorum obsidentes, pietate potius quam armis instructus Otho confidenter invasit die S. Laurentij, ac tanta delevit clade ut vix eorum sex, aut septem effugerint, Re=gibus etiam eorum aliquot à furca suspensis ad ignominiam. Cap. LVI. sed aliter narratur –

Ab hic §us ultimus ex Prischo de Hunnis, et Ungaris, unde concluditur eos quievisse, usq; ad S. Stephani tempora –